



Universitätsbibliothek Paderborn

**Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi
Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

45 Excommunicatio non fertur, nisi propter culpam mortalem.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

cis de re jud. in antiqu. & Gomel. in re-
gul. de anna. poss. quæst. 42. n. 3.

Solent autem de stylo Romanæ curiæ 42
concedi litteræ Apostolicæ, quibus Or-
dinatio committitur, quod si supplicans
ibi de beneficio per delictum homicidii
commisum provideri, si in forma juris
se inscribere velit, & per eventum litis
constiterit de homicidio; tunc Ordina-
rius, cui regulariter causæ in prima in-
stancia committuntur, ad privationem
procedat, & beneficium per privationem
sic vacantem, eidem proviso auctoritate
Apostolica conferat, ipsumque in posse-
sionem mittat, iuxta trad. per Felin. in di-
cto cap. Inquisitionis, nu. 8. vers. secundū no-
ta, Germain. in cons. 105. incipien. ad supplica-
tionem, quem sequitur Gomel. in eadem
regul. de anna. quæst. 42. num. 4. vers. sed
modo.

Dummodò litteræ Apostolicæ cum
introductione litis contra homicidiam fu-
erint intimata: quia tunc, si renunciaret,
non valeret resignatio, & est regulare,
quod nonquam aliquis est privatus bene-
ficio, ipso jure, nisi sit jure expressum, In-
noc. in d. cap. cum nostris, quem sequitur,
Abb. in capit. querelam, num. 3. de jure ju-
ran. Felin. post alios in dicto cap. inquisicio-
nis, num. 7.

40 Eandem etiam† pœnam incurrit per-
jurus qui ab ordine, & beneficio deponi
potest, cap. presbyter, 81. distinct. Abb. in
dict. cap. querelam, 2. not. de jure juran. Go-
mel. de anna poss. dicta quæst. 42. n. 3. & Di-
ct. ead. pract. crim. quæst. 86. alias 44.

41 Quarto, † sacrilegi veniunt deponen-
di, & sacrilegium est sacræ rei violatio, vel
ejusdem usurpatio, Sanct. Thom. in sum.
2. 3. quæst. 99. art. 3. Azo, in sum, de

furt. & gloss. in cap. sacrilegium, 17.
quæst. 4.

Dicitur enim † sacrilegium, quasi sacri-
lēdium, quia per illud res, aut persona sa-
cralēditur, Bald. in l. 3. C. de furt. &
Azo. ubi supra Sacrilegij autem multæ
sunt species secundum Card. in elem. 1.
de pœn. tamen communiter tenetur, quod
tribus † modis committatur sacrilegi-
um, videlicet, cum sacrum de sacro,
vel sacrum de non sacro, vel non sacrum
de saero aufertur, c. quisque, & gloss. in d.
c. sacrilegium, 17. qu. 4. Lap. alleg. 66. nu. 10.
Et, quod quatuor sint species sacrilegij,
tenet Paul. Gril. in lib. 3. de pœnit. omnif.
coit.

42 Quarum prima est, quæ † committit
tur personam violando, nempe percutien-
do, vulnerando, & occidendo clericum,
vel monachum, seu alium religiosum, ve
personam ecclesiasticam, ut cap. si quis sua-
dente Diabolo. 17. quæst. 4. & l. si quis, in
hoc genus, C. de Episc. & cler. Et de jure
canonico imponens manum volentam in
clericum pœnam majoris excommunicationis
incurrit, à quanisi à Summo Pon-
tifice, præterquām in mortis articulo,
absolvi non potest, ut dicto cap. si quis
saudente diabolo, & cap. cum illorum, de
sentent. excommunic: ultra quod pro hoc
crimine potest laicus à judice ecclesias-
ticō carcerari. Lopez in annotat. ad
pract. crim. Diaz. cap. mihi 89. vers. apud
Hispanos.

43 Pœnam verò prædictam † incurrit
principaliter, qui manus violentas in cleri-
cum inieciunt, mandantes auxilium, con-
sulum, vel favorem ad hujusmodi manu-
um violentam injectionem præbentes, c.
sicut dignum, de homicid. cap. mulieres, S.

Kkk 3 iiii

illi verò, &c. quante, de sentent. excommun. & Navar. c. 17. n. 51. Et tam viri, quam fœminæ, & tam senes quam iuvenes, & denique omnes habentes judicium ad peccatum mortale committendum aliquem actum prædictorum committentes, dictam censuram incurunt, gloss. in dicto c. si quis suadente, in verb. si quis, 17. quest. 4. At deficiente judicio, ad peccatum mortale committendum, non incurritur, quia nisi ob peccatum mortale non incurritur in excommunicationem cap. nemo, 11. quest. 3. & Navar. eodem cap. 27. num. 9. & num. 76.

46 Appellatione autem † clericorum veniunt, omnes ordinem ecclesiasticum habentes, etiam clerici primæ tonsuræ, cap. cler. 21. distinct. c. cum contingat. de etat. & 47 qualitat. sicut appellatione monachi † veniunt omnes professi, & professæ in religione approbata, etiam novitiij, & novitiae, ac conversi, & conversæ religionis approbatae, qui omnes privilegio canonis gaudent, c. Monachi, c. parochianos, cap. de monialibus, & cap. cum illorum extra de sentent. excommun. & cap. religiose, §. fin. & ibi gloss. in ver. non posse, eodem tit. in 6. Navar. in cap. 17. num. 79. & Greg. Sayr. Thes. cas. conscienc. par. 1. lib. 3. cap. 26. 50 num. 1. 2. 3. 4. & 5.

48 De jure autem civili † Sacerdotibus, & ministris ecclesiæ injuriara inferentes capitaliter puniri debent, t. si quis in hoc genus, & ibi Bald. & Salic. C. de Episc. & cler. Qui verò dictam excommunicationis sententiam, ob violentam manuum injectionem in clericos incurvant: qui di-cta de causa excommunicati ab alio, quam à Romano Pontifice absolví possint, & in quibus non contrahatur dicta excommu-

natio optimè scripsit Card. Tolet. in Instruct. sacerd. lib. 1. c. 31. & seq. & Conf. in tractatu de fact. scil. & igno. Centu. 2. distinct. 13.

49 Secundò, † committitur sacrilegium per coitum cum moniali sacra, c. impud. c. 25. 27. quest. 1. Et est peccatum gravissimum, ut supra dixi, pro quo clericus cuiuscunq; sit gradus, & dignitatis, est deponendus, & ab omnibus ordinibus sacris, officiis, & beneficiis priyanus, ac in arctum monasterium ad perpetuam pœnitentiam peragendam est tradendus, & laicus excommunicandus, ut c. si quis Episcopus, & c. si qua monachatum, 27. quest. 1. & de jure civili pœna mortis plementus, ut distal. si quis in hoc genus, t. si quis, non dicam, C. de Episc. & cler. Quæ generaliter loquitur de quacunque injuria illata ecclesiæ, monasterio, vel personis ecclesiasticis, & cum in hoc peccato tria concurrent videlicet, sacrilegium, adulterium, & incestus; pro dictis criminibus pœna capitalis incurritur, ut l. & adulterium cum incestu. ff. de adult. l. quamvis §. fin. C. eodem tit. Gril. in suo tract. ut lib. 3. de penit. omis. coit. question. 1. numer. 23. in fin. & numer. 24.

50 Tertiò, † committitur sacrilegium circa locum facrum, quando locus publicus sacer, ut est ecclesia, violatur, etiam inter laicos, præsertim cum sanguinis effusione, Farinac. in prax. crim. question. 20. num. 22. Vel illius cœmeterium, in destruendo, deyastando, vel occupando, aut ejus iramunitates infringendo, ut cap. frater, 17. quest. 4.

Et hoc casu præsupponendum est, quod una est benedictio † constitutiva sacri, qualis est benedictio, & consecratio eccl.